



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CCI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

*liberatio mala quando sub generali remissione, & libera-
tione comprehendatur, & num. 11.
liberatio generalis facta administratori extenditur ad ea, qua
per ipsum dolose administrasset, & quomodo.
liberatio generalis etiam per verba multum pra-
sumitur, & cum iuramento facta, quando non comprehendat
re. Verum quomodo
liberatio, & quando secus.*

EPI TOME.

*liberatio generalis inuicem facta super genera-
litate omnium diuisione ab omni eo, & toto, quod
liberatio unus alteri, & contra petere, exigere, con-
tra uendicare possent usque in presentem diem,
liberatio acquiratur ratione, uel causa cognita, uel
liberatio penitus extranea, & simili, ac diuersa,
liberatio stipulatione praecedente, & animo nouan-
di acceptatione subsequente animo liberandi le-
gitime acceptata, & sic per uerba praegnancia facta,
liberatio firmata operatur, quod ex causa de preteri-
to administrationis generalis etiam male
de communibus prius gestae, ac ratione aliarum
reum, quibus maxime tunc notitiam habuerunt,
liberatio iterum agere nequeat.*

CONSILIVM CCI.

*In uerbis in instrumento diuisionis apposi-
tis, & expressis uidetur concludendum, An-
drea non posse contra Thomam agere
ex causa de preterito, uidelicet ratione ge-
neralis administrationis, quam prius de bonis comu-
nibus praeserat, & ratione aliarum pecuniarum, ut
dicitur tempore instrumenti predicti debarum,
quoniam per absolutionem ad inuicem factam ab om-
ni eo, & toto, quod sibi inuicem, uidelicet unus alteri
contra petere, exigere, consequi, & uendicare
ultraque in presentem diem, & horam quacun-
que ratione, uel causa cognita, uel incognita, & pe-
nitens extranea, & simili, ac diuersa, aquiliana stipula-
tione praecedente, & animo nouandi, & acceptatione
subsequente animo liberandi legitime interposi-
ta, & per uerba praegnancia factam, & iuramento
firmam, Thomam dicitur omnino ab his liberatus, &
liberatus, quia stipulatio aquiliana nouat omnes
predecessores obligationes, & illas perimit, ipsaque
operatur per acceptationem subsequenter, ut in
aquiliana ff. de transactio. l. & uno. in §. si. ff. de acce-
ptatione l. quibus mod. tolli. obliga. in §. est autem pro-
ducta. in tit. de obliga. & solutio. in §. 1. col.
1. & aquiliana. & quamuis regulariter talis li-
beratio per aquilianam stipulationem fa-
cta comprehendatur ad lites, & causas, de quibus non
est expressum, quia illae remanent in suo statu, ut est
in aquiliana ff. de transactio. Bart. in l. mater
in §. si. inoff. testa. & in auth. qui semel. C. de
iuramentis hoc procedit in dubio, quando non
est expressum, neque expressum, quod comprehenderet in-
cognita, & incognita, secus, si id expressum
est, ut in d. l. & uno. §. 1. ibiq. Bar. & idem pro-
cedit, si est autem prodita. ibi oportet ut, & ibi
persequitur est, eritue & c. idemque uoluit
Bart. in aquiliana. per illum tex. & per not. in
d. l. & de transactio. & in l. sub preterito. C. cod.
in §. si. inoff. testa. generalia non comprehendunt incognita,
nisi sit expressum. Idem tenuit Ange-
lus in l. si. C. de testa. mil. & in l. qui iure militari.
dicens, cautos debere esse illos, qui tales ab-
solutions, & renunciations fieri faciunt, quod in instru-
mento datur, quod partes uoluerunt illas trahi ge-*

*neraliter ad oia et incognita, ex hoc enim apparet, ip-
sos in genere de omni iure cogitasse: & tunc omnino
Paul. de Cast. post Bart. in l. tres fratres. ff. de pactis. quod
4 si quis sit transactio, seu pactus super rebus, & bonis uni-
uersaliter, & generaliter, ut super diuisione bonorum
per arbitratorem facta, non autem super contractu, seu
re speciali, & particulari, tunc sub absolutione, & libe-
ratione generali cum clausula, quod extendatur et ad non
cogitata, & incognita, comprehenduntur omnia, quod
tunc ex causa de preterito deberi poterant, sed nos su-
mus in diuisione generali bonorum per arbitratorem fa-
5 cta, ergo & c. Et hoc praeteritum dicitur in casu nostro,
in quo super huiusmodi generali absolutione, & libe-
ratione iuramentum factum interuenit iuramentum, quod ha-
bet uim casus specialiter expressi, ut inquit Bald. in l.
1. C. commodata. & facit actum ualere omni meliori mo-
do, quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2.
Bar. in l. si quis pro eo. in 7. membro. ff. de fideiussor. &
6 si quis iurando non prouenire uidetur in genere cogita-
re de omni remedio, per quod prouenire posset, glo. &
Bart. in l. 2. C. de rescind. vend. cum aliis allegatis per
Alex. in l. Stichum. ff. de verb. oblig. & ita in terminis
nostris tenet Alex. in l. qui romae. §. duo fratres. in 3.
q. Bart. col. 40. in fin. in vers. uidetur uno saltem casu
ff. de verb. oblig. & facit etiam id, quod uoluit Alex.
7 in l. 1. in prin. ff. eod. tit. Nec obstat, si iuramen-
tum in dubio non trahatur ad futura, nec ad incogni-
ta, seu non cogitata, ut in c. cum inter. de renuncia.
& c. ueniens. de iureiuran. cum simil. quia illud iuramen-
tum est, quando esset in dubio, & de incognitis,
& incogitatis non fuisset facta expressa mentio, alio-
quin secus, ad tradita per Alex. in d. §. duo fratres. in
8 d. col. 40. & in consil. 1. vol. 2. Nam si allegationi igno-
rantia potest renunciari Bald. in d. l. qui iure militari.
Ergo poterit fieri renunciatio iurum omnium, quae
et ad incognita extendetur, quando hoc fuit expres-
sum, & tanto magis, si fuit iurata, ut supra, & faciunt
ea, quae habentur per Imol. in c. cum contingat. quasi
circa fin. de iureiur. Non obstat, quod generalis remis-
sio, & liberatio facta super diuisione generali bono-
rum per uerba etiam praegnancia, de quibus supra, non
trahitur ad non cogitata, quae dolo subtrahita fuerint,
& quae in diuisione dolo partis contrahentis non fue-
runt comprehensa. d. l. tres fratres. cum ibi not. per
Barto. & glo. quia responderetur primo, quod dolo res-
pectu administrationis imputari non potest, cum admi-
nistratio facta fuerit sciente, & patiente dicto Andrea,
& scienti, ac patienti non fit iniuria, neque dolo. c.
scienti. cum ibi not. de regul. iur. in 6. & ideo per ge-
neralem liberationem mala administratio remissa
cesset, nec reuocatur praeiudicio pecuniae, quae penes
Thomam remansit. d. l. sub preterito. & ibi Bart. Prae-
terea etiam respectu pecuniarum petitarum nullus dolo
commissus fuit, quia nulla pecunia ad Thomam dolose
peruenerunt. Iuramentum ad haec in generali renuncia-
tione, & absolutione appositum operatur, ut omnia di-
cantur comprehensa, quae peti quomodocumque po-
tuerint per predicta. Rursus absolutio facta per aquil-
9 lianam stipulationem, & acceptationem subsequen-
tem tollit omnes actiones, obligationesque praecedentes et
quoad omnia non cogitata, quod expressum fuit, ut di-
ctum est, nam ex quo fuit expressum, quod ad incognita, &
incerta extendetur, & sumus in generali, & uniuersali
actione, hoc est in diuisione bonorum coram ar-
bitratoribus facta, comprehensa sunt omnia praeterita,
10 quae et dolo, & scienter fuissent tacita, atque retenta,
ut est de mente Pauli de Castro in d. l. tres fratres. &
optime facit tex. cum ibi not. in l. sub preterito. la. &
in l. si de certa. C. de transactionibus. ubi generalis
transactio, & sic facta super generali bonorum diuisione*

